



Colección de 31 actas de
otros tantos capítulos pro-
vinciales de los domi-
nicos en la Nueva Espa-
ña [illegible] 1612
[illegible]

Este libro usado
FUE DESINFECTADO
para su venta

ESTE MARBETE DEBE SER
DESTRUIDO POR EL COMPRADOR



Fr Juan de Cordova año 1632 decimas
58.

ACTA CAPITVLI PROVINCIALIS, CELEBRATI

in Conuentu nostro S. Dominici de Mexico. Anno Dñi Mayo 8 de 1632.

MEXICI.
Ex Officina Didaci Gutierrez.

ACTA CAPI-TVLI PROVIN-CIALIS, CELEBRATI

in Conuentu nostro S. Dominici de Mexico. Anno Dñi 1632.



MEXICI.

Ex Officina Didaci Gutierrez.

IN NOMINE SANCTISSIMÆ TRINITATIS PATRIS

& Filij, & Spiritus Sancti, & Beatæ Mariæ semper Virginis, & Beati Patris nostri Dominici, omniumque Sanctorum, & Sanctarum Dei.



ÆC Sunt Acta Capituli Prouincialis celebrati in Conuentu nostro Sancti Dominici de Mexico, huius nostræ Prouinciæ Sancti Iacobi Ordinis Prædicatorum, 15. die mensis Maij, anno Domini 1632. sub R. adm. P. nostro Fratre Ioanne de Cordoua Prædicatore Generali, & Priore huius Conuentus Sancti Dominici de Mexico, in Priorem Prouincialem summo omnium Patrum consensu, & applauso electo, & confirmato, diffinientibus vnanimiter RR. adm. PP. Frater Francisco de Villanueua in sacra Theologia Magistro, & à censuris sanctæ Inquisitionis Tribunalis Qualificatore, P. Magistro Fratre Hieronymo Rubion. P. Magistro Fratre Lazaro de Prado Collegij S. Dominici de Portaceli Rectore. P. Fratre Luca Martinez Prædicatore Generali, & Priore Conuentus de Teposcolula.



ISTAE SVNT ABSOLVTIONES.

IN Primis absoluimus Suppriores, tam Conuentus sancti Dominici de Mexico, quam Conuentus Angelopolitani.

ISTAE SVNT DENVNTIATIONES.

DEnuntiamus R. A. P. Fratrem Ioannem de Cordoua Prædicatorem Generalem, & Priorem Conuentus sancti Dominici de Mexico, vaccante Prouincialatu electum fuisse canonicè, & vnanimiter summo omnium Patrum consensu, & applausu in Priorem Prouincialem huius Prouinciæ Sancti Iacobi de Mexico Nouæ Hispaniæ, & Authoritate Apostolica Sanctissimi Domini nostri Clementis Septimi confirmatum.

¶ Item denuntiamus R. A. P. Fr. Ildephonsum de Ordoña Prouincialem prædecessorem, acceptasse Acta Capituli Generalis Tolosæ celebrati, anno

Do-

Domini 1628. quam acceptationem excepta declaratione RR. & Illustrissimorum Cardinalium, in qua petitur ad hoc, vt Priores suffragium habeant in electionibus Priorum Prouincialium, vt duodecim Religiosos sustentare valeant, eo quod talis declaratio sit contra nostrum priuilegium, a Sanctissimo Domino nostro Clemente Septimo concesso acceptato, & approbato a toto Ordine, vt patet in ordinationibus Capituli Generalis Salmanticæ, anno Domini 1555. & in corpore nostri iuris expresso.

¶ Item denuntiamus R. A. P. Fr. Ildephonsum de Orduña Prouincialem prædecessorem, acceptasse Acta Capituli Generalis Romæ, celebrati anno Domini 1629. sub R. P. Fr. Nicolao Rodulfio Magistro Generali totius Ordinis Prædicatorum, quam acceptationem approbamus, & acceptata esse declaramus.

¶ Item denuntiamus R. A. P. Fr. Ildephonsum de Orduña Prouincialem prædecessorem, aceptasse litteras patentes, quas benignitas R. Patris nostri Magistri Generalis totius Ordinis, huic nostræ Prouinciæ transmisit, in quibus sua Reuerindil. Paternitas confirmat laudabilem modum nostræ Prouinciæ distribuendi gradus, honores dignitates, & officia inter natos in Hispania, & inter natos in Indijs, & in recipiendis ad habitum eademmet seruetur æqualitas. Insuper cōfirmat alternatiuam electionis

Prouincialatus, vt alternatim fiat inter natos in Hispania, & inter natos in Indijs; & si aliter fiat ipso facto est nulla. Subscriptæ fuerunt litteræ patentes, die 3. Februarij anno Domini 1631 Quas quidem libenter grato animo, & humili reuerentia acceptamus, quæ quidem maximè ad fælicem statum pacis, & salubre gubernium ordinatur.

¶ Itē denunciamus ipsū R. A. P. acceptasse litteras patentes, R. P. N. Fr. Nicolai Rodulfij ordinatas ad R. P. Prouincialem huius nostræ Prouinciæ, pro tempore existentem, vt solerti diligentia inquirat de fratribus proprietarijs, & de bonis fratrum apud sæculares extra ordinem vbique locorum detentis, vel negotiationi, aut lucro expositis, & ex bonis relictis ab ipsismet proprietarijs quomodolibet in vita possessis, vel post eorum obitum relictis, vt executioni mādentur: præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & sanctæ obedientiæ, & sub præcepto formali, & sub pæna excommunicationis latæ sententiæ, ipso facto incurrenda [quorum transgressionem reseruamus ad nostrum R. A. P. Prouincialem] omnibus fratribus nostræ curæ subiectis huius Prouinciæ, vt si aliquis sciat directè, vel indirectè, esse aliquos fratres, apud se pecunias habentes, vel apud sæculares extra Ordinem vbique detentas, vel negotiationi oblatas, aut lucro expositas, vel à fratribus quomodolibet in vita possessas vel post eorum obitum relictas, & de

bonis

bonis fratrum obeuntium, absque assignatione Reuerendissimi, infra spatium 15. dierum á notitia præsentium apertè declaret coram, R. A. P. N. Priore Prouinciali, quæ bona aplicata sunt communi deposito totius Ordinis, iniungimusque R. A. P. N. Prouinciali, vt in prima occasione nauigandi data trãsmitat R. P. N. Magistro Generali.

¶ Item denuntiamus R. P. F. Ioannem Baptista del Castillo, vnanimiter, & canonicé electum fuisse a tota nostra Prouincia in Diffinitorem, pro Capitulo Generali proximè celebrando: cumque sit ritè, & canonicè electus, supplicamus nostrum Reuerendissimum, vt benignè eum suscipiat ad per tractãda negotia huius Prouinciæ, coram sua Reuerendis. Paternitate, & si aliqua vrgentia occurrant, in quibus consulere habeat Sedem Apostolicam; humiliter petimus, vt illi patrocinetur, faciatque copiam eundi ad pedes Sanctissimi Domini nostri Vrbani Octaui, quem etiam Procuratorem Generalem instituimus pro negotijs huius Prouinciæ, coram Maiestate Regia, Regioque Senatu Indiarum.

¶ Denuntiamus in nostro Diffinitorio, renuntiasse Prioratum Conuentus nostri S. Mariæ de Guia nouæ Veræcrucis, R. P. F. Ioannem de Santiago. cuius renuntiationem admisimus, & electum fuisse canonicè, iuxta priuilegium huic nostræ Prouinciæ concessum R. P. Fratrem Ioãnem de Loranca, Priorem

rem eiusdem Conuentus, & confirmatum.

¶ Denunciamus renunciasse Prioratum nostri Conuētus Sanctæ Crucis de Zacatecas, R. P. Fratrem Bartholomeum Sanchez Prædicatorem Generalem quam renuntiationem admisimus; electumque fuisse canonicè, iuxta priuilegium huic nostræ Prouinciæ concessum. R. P. Fratrem Franciscum de Gueuara Priorem eiusdem Conuentus, & confirmatum.

¶ Denuntiamus renuntiasse Prioratum Conuentus nostri Sancti Rosarij de Guadalaxara R. P. Fratrem Franciscum de Bonilla Præsentatum, quam renuntiationē admisimus, electumque fuisse canonicè, iuxta priuilegium huic nostræ Prouinciæ, cōcessum R. P. Fratrem Barnabam de Villasana Priorem eiusdem Conuentus, & confirmatum

ISTAE SVNT INSTITVTIONES.

R. Admodum P. N. M. Fr. Didacum de Monroy, quondam Prouincialem, damns in Vicarium domus nostræ S. Philippi & Iacobi de Azcapozalco.

¶ R. admodum P. N. Fr. Gasparem de Ledesma, quōdam Prouincialem damus in Vicarium domus nostræ de Atlacubaya.

¶ R. ad

¶ R.P.F. Dominicum de Allende, damus in Vicarium domus nostræ Sancti Dominici de Mixcoac.

¶ R.P. Fr. Petrum de Oyanguren, damus in Vicarium domus nostræ S. Hyacinthi de Cuyoacan.

¶ R. P. Fr. Ludouicum de Castilla, damus in Vicarium domus nostræ S. Augustini Palpam.

¶ R.P. Fr. Ferdinandum Bezerra, damus in Vicarium domus nostræ de Cuitlahuac.

¶ R.P.M. Fr. Didacum Pacheco, damus in Vicarium domus nostræ de Attengo.

¶ R.P. Prædicatorem Generalem Fr. Ludouicum de Bahena, damus in Vicarium domus nostræ de Tepetlaoztoc.

¶ R.P. Fr. Ioannem de Naua, damus in Vicarium domus nostræ de Coatepec.

¶ R.P. Fr. Ludouicum de Merida, damus in Vicarium domus nostræ de Ystapalucam.

¶ R.P.M. Fr. Damianum de Porras, damus in Vicarium domus nostræ de Tenango.

¶ R.P. Fr. Ildephonsum de Baeça, damus in Vicarium domus nostræ de Amecamecan.

¶ R.P. Prædicatorem Generalem Fr. oanné de Esquibel, damus in Vicarium domus nostræ de Xochitepec.

¶ R.P.M. Fr. Ferdinandum Martin. damus in

Vicarium domus nostræ de Chimalhuacan, Chalco.

¶ R.P.Fr.Ioanem de Estrada, damus in Vicarium domus nostræ de Guaxtepec.

¶ R.P.Prædicatorem Generalem Fr.Ildephonsum de Auila, damus in Vicarium domus nostræ de Tepustlan.

¶ R.P.Fr.Christophorum Hurtado, damus in Vicarium domus nostræ de Yaurepec.

¶ R.P.F.Christophorum de S.Hyacintho, damus in Vicarium domus nostræ de Tlaltiçapan.

¶ R.P.M.Fr Andream Ximenez, damus in Vicarium domus nostræ de Tlaquiltenango.

¶ R.P.Fr.Bernardinum de Rojas, Sancti Officij Commissarium, damus in Vicarium domus nostræ de las Amilpas.

¶ R.P.F.Iosephum de Torres, damus in Vicarium domus nostræ de Eccazinco.

¶ R.P.F.Ioannem Ponce, damus in Vicarium domus nostræ de Tetela.

¶ R.P.Fr.Christophorum Bocardo, damus in Vicarium domus nostræ de Guayapan.

¶ R.P.Fr.Petrum Muñiz, damus in Vicarium domus nostræ de Aguatelco.

¶ R.P.Fr.Ioannem Carrillo, damus in Vicarium domus nostræ de Tepapaecan.

¶ R.P.Fr.Ioannem Bocarde, damus in Vicarium

rium domus nostræ de Tlilapan.

¶ R.P.Lectorem Fr.Hyacinthum de la Caxica, damus in Priorem Conuentus nostri de Ytzocan.

¶ R.P. Fr. Ferdinandum de Naua, damus in Vicarium domus nostræ de Gueguetlan.

¶ R.P.Fr.Ioannem de Santiago, damus in Vicarium S.Pauli de la Puebla.

¶ R.P.Prædicatorem Generalem Fr.Franciscũ Ballinas, damus in Vicarium domus nostræ de Tepexic.

¶ R.P.Fr.Franciscum de Villalpando, damus in Vicarium domus nostræ de Chila.

¶ R.P.Fr.Michaelem de los Reyes, damus in Vicarium domus nostræ de Guaxuapa.

¶ R.P.Fr.Franciscum de los Cameros, damus in Vicarium domus nostræ de Tamazulapan.

¶ R.P.Fr.Ioannẽ de Cea, damus in Vicarium domus nostræ de Texupan.

¶ R.P.Prædicatorem Generalem Fr. Petrum del Monte, damus in Vicarium domus nostræ de Cuextlahuac.

¶ R.P.Prædicatorem Generalem, & huius Capituli Diffinitorem Fr.Lucam Martinez, damus in Priorem Conuentus nostri de Teposcolula.

¶ R.P.Fr.Ioannem de Vargas, damus in Vicarium domus nostræ de Tonala.

¶ R.P.Fr.Ferdinandum Gutierrez, damus in Vicarium domus nostræ de Ygoalcepec.

¶ Instituimus in Prædicatorem Generalem Conuentus nostræ S. Mariæ del Rosario de Guadalaxara, R. P. fratrem Didacum Sanchez, Priorem Conuentus nostri S. Dominici Ciuitatis Angelorum, cum omnibus gratijs & priuilegijs quibus potiri, & gaudere in nostro Ordine consueuerunt Prædicatores Generales ritè, & legitimè instituti, & institutum esse declaramus.

¶ Instituimus in Prædicatorem Generalem R. P. Fratrem Ludouicum de Vaena, pro natione Mexicana, vt cum primo acceptationem confirmationis recipiat, R. adm. P. N. Prouincialis suæ electionis, gaudeat omnibus gratijs, & priuilegijs Prædicatoribus Generalibus, ritè institutis in nostro Ordine concessis; in loco quem ipsemet R. adm. P. nost. r Prouincialis occupabat, & absq; noua alia declaratione, vel acceptatione institutum esse declaramus.

¶ Instituimus in Socios R. adm. P. N. Prouincialis RR. Patres Fratrem Franciscum de Herrera Prædicatorem Generalem, & P. fratrem Ioanne de Montejo Priorem de Cuyoacan.

¶ Instituimus in Suppriorem huius Conuentus Sancti P. nostri Dominici de Mexico R. P. Fratrem Didacum Barriga Prædicatorem Generalé.

¶ Insti.

¶ Instituimus in Regentem eiusdem Conuentus R.P. fratrem Franciscum de Bonilla Præsentatum.

¶ Instituimus in Lectores Theologiæ eiusdem Conuentus RR. Patres fratrum Aluarum de Figueroa, & P. fratrem Didacum de Arellano.

¶ Instituimus in Lectorem Artium eiusdem Conuentus R.P. fratrem Hieronymum de Rueda.

¶ Instituimus in Magistrum studentium eiusdem Conuentus R.P. fratrem Hyacintum de Gueuara.

¶ Instituimus in Præceptorem Grammaticæ P. fr. Nicolaum de Contreras.

¶ Instituimus in Procuratorem Prouinciæ Generalem, R. P. fratrem Lucam Zapata.

¶ Instituimus in Procuratorem Generalem huius nostri Conuentus R.P.fr. Ludouicum Hortiz.

¶ Instituimus in Vicarium huius Conuentus R.P. fr. Didacum de Segura.

¶ In Conuentu Mexicano instituimus in Vicarium Indorum R.P.fr. Ferdinandum de Ribera.

¶ Instituimus in Vicarium Monialium nostri Conuentus S. Catherinæ de Sena R.P.fr. Franciscũ del Barrio.

¶ Instituimus in Suppriorem Conuentus nostræ S. Dominici ciuitatis Angelorum R. P. fr. Petrum Lopez.

¶ Instituimus in Magistro Nouitiorum, & Vicarium eiusdem Conuentus R.P. fr. Petrum de Burgos.

¶ Instituimus in Regentem eiusdem Conuentus. R.admodum P.Magistrum fr, Franciscum de Villanueua, huius nostri Capituli Diffinitorem.

¶ Instituimus in Lectores Theologiæ eiusdem Conuentus RR.PP.fr.Mathiam Caluo, & P.fr.Dominicum de Celis.

¶ Instituimus in Lectorem Artium eiusdem Conuentus R.P.fr.Bernardum de Villanueua.

¶ Instituimus in Magistrum studentium eiusdem Conuentus R.P.fr. Saluatorem de Salazar.

¶ In Collegio S.Dominici de Portacæli, instituimus Regentem R.P.fr.Antonium de Amaya.

¶ Instituimus in Lectores Theologiæ eiusdem Collegij RR.PP.fr. Augustinum Godinez, & P.fr. Ludouicum de Cifuentes.

¶ Instituimus in Magistrum studentium eiusdem Collegij R.P.fr.Rodericum de Medinilla.

¶ In Collegio S.Ludouici ciuitatis Angelorũ instituimus in Regentem R.P.fr. Thomam de S. Ioanne Præsentatum.

¶ Instituimus in Lectores Theologiæ eiusdem Collegij RR.PP.fr.Hyacintum de Carauallo, & P. fr. Ioannem Yañez.

¶ Instituimus in Lectorem Artium eiusdẽ Col

legij

legij R.P.fr. Simon de la Camara.

¶ Instituimus in Magistrum studentium eiusdem Collegij, R.P.fr. Antonium de la Torre.

¶ Instituimus in Procuratorem Prouinciæ pro Conuentu Angelopolitano R. P.fr. Nicolau Corona.

¶ Instituimus in Examinatores Confessariorũ pro Hispanijs, & Prædicatorum in Conuentu S. Dominici de Mexico R.P. Regentem, & duos Lectores Theologiæ.

¶ In Conuentu S.P. nostri Dominici de la Puebla R. P. Regentem, & duos Lectores Theologiæ.

¶ Pro Indijs tamen quantum ad sufficientiam, R.P. fratrem Ildephonsum de Baeza Vicarium domus nostræ de Amecamecan, P. fratrem Didacũ Medrano, & P. fratrem Ioannem de Sanctiago.

¶ Pro natione Misteca RR. Patres fratrem Gregorium de Palomares, & P fratrem Ferdinandum Gutierrez.

¶ Pro lingua Chochona R .P. fratrem Lucam Martinez Prædicarorem Generalem , & Priorem de Teposcolula huius Capituli Difinitorem.

¶ Et quoniam authoritate Apostolica Indorũ, & eorum animarum cura, aut ob designationem potentissimi Hispaniarum Regis assignatio legitima ministrorum, & eorum expositio ad Ecclesię Sacramenta ministranda, Reuerendis admodum

Patri.

Patribus Prouincialibus, & Diffinitoribus commissa est, prædictos Reuerendos Patres examinatores hortamur in Domino, & sub interminatione diuini iudicij iniungimus ipsis, vt inspecto indebiti ministerij periculo in examine cum ministris approbandis rigorose procedant.

¶ Instituimus in iudices pro examinandis informationibus eorum, qui sunt ad habitum nostri Ordinis suscipiendi, iuxta decretum sanctissimi Domini nostri Clementis Octaui, in Conuentu Mexicano, RR. PP. Regentem studij, & duos Lectores Theologiæ, pariter in Conuentu Angelopolitano, RR. PP. Regentem, & duos Lectores Theologiæ in absentia aliquorum Patrum examinatorũ, & iudicum, possint alium, vel alios pro singulis vicibus RR. PP. Priores vtriusq; Conuẽtus dessignare

ISTAE SVNT ACCEPTATIONES.

CVm in congregatione celebrata in hoc nostro Conuentu S. Dominici de Mexico 21. die mensis Decembris, anno Domini 1629. loco Capituli intermedij, humiliter supplicauit hæc nostra Prouincia Reuerendissimum P. N. M. Generalem, vt dignaretur concedere gradum Magisterij,

ſeu Præſentaturæ R. adm. P. N. Priori Prouinciali ob in numeros, & continuos labores in prædicatione diuini verbi, non ſolûm in hac imperiali vrbe, verumetiam in omnibus alijs ciuitatibus magnificis per 28. annos cõtinuos glorioſè, & laudabiliter cũ animarum fructu, & ſalute, cum acclamatione Principum, Senatorũ, & Cõſulum applauſu quam expoſitionem, & petitionem acceptamus, & confirmamus, & cum placuerit Reuerendiſsimo Magiſtro Generali eius promotio, ex nũc pro tunc acceptamus, & abſque noua alia declaratione, & acceptatione acceptatum eſſe declaramus.

¶ Acceptamus Præſentaturam R.P.Fr. Franciſci de Bonilla Regentis huius noſtri Conuentus.

¶ Acceptamus Prædicaturam Generalem R.P. Fr. Ildephonſi Gutierrez, quæ cum ſit extranumeralis pro natione Mexicana, & ipſemet P. antiqus, qui in prædicatione diuini verbi plurimum inſudauerit, declaramus acceptatum eſſe, cum omnibus gratijs. & priuilegijs ſupplicamusque N. Reuerendiſsimum P.M. Generalem totius Ordinis ad ſeruandam æqualitatem, & iuſtitiam diſtributiuam, vt aliam Prædicaturã Generalem in natione Mixteca, concedere dignetur pro natis in Hiſpania, ad quam cum Reuerendiſsimo placuerit exponimus, P. contentum in noſtro memoriali.

ISTAE SVNT DECLA-
RATIONES.

DEclaramus in Capitulo Prouinciali in hoc nostro Conuentu S. Dominici de Mexico celebrato anno Domini 1624. postulatum fuisse ad Magisterium R.P.Fr.Ferdinandum Martin, & in eodem Capitulo acceptatum, quam acceptationem declaramus ritè esse factã, & si necesse est denuo acceptamus, & acceptatum esse declaramus.

¶ Declaramus R.P.Fr.Ildephonsum de Orduña prædecessorem Prouincialem, acceptasse Magisterium R.P.Fratris Damiani de Porras Præsenteti, & si necesse est, denuo acceptamus, & acceptatum esse declaramus.

¶ Declaramus ipsum R.P. Fratrem Ildephonsum de Orduña Prouincialem prædecessorem, acceptasse Præsentaturas RR. Patrum Francisci Naranjo Prioris de la Piedad, & P.Fratris Ildephonsi de Gironda, quas quidem denuo acceptamus, & acceptatas esse declaramus.

¶ Declaramus ipsum R. P. Fratrẽ Ildephonsum de Orduña Prouincialem prædecessorem, acceptasse Magisterium R.adm.P.Fratris Didaci de Mõray, quondam Prouincialis, & si necesse est denuo acceptamus, & acceptatum esse declaramus.

Decla-

¶ Declaramus tempus præfixum Vicarijs Domorum huius nostræ Prouinciæ esse quatuor annorum, in quo debet computari tempus præsidentiæ, siue in illa domo, in qua constitutus fuit Vicarius, sibi in altera distincta, vltra quo progredi nõ valeant, declarantes ex pleto tempore quatuor annorum computato, a die præsidentiæ statim censeantur absoluti a suis officijs. Rogamusque R. ad mod. P. nostrum Prouincialem, ne extendat, & prorogarionem faciat vltra tempus prædictum.

¶ Declaramus quod quando R adm. P. noster Prouincialis elegerit Priores Conuentuum de Zacatecas, Guadalaxara, & nouæ Veræcrucis, vel Vicarios suffragium habentes in electionibus instituerit nõ astringi aduocandos Magistros antiquiores, vel Patres Prouinciæ, sed ex omnibus, videlicet Magistris, & Patribus Prouinciæ, quos voluerit.

¶ Declaramus, quod quando vaccauerit aliqua Domus, suffragium habens in electionibus Prouincialium. & R. P. Prouincialis extiterit absens ab vrbe Mexicana per spacium octo leucarum, posse instituere Vicarium de concilio sex Patrum grauiorum, etiam si non sint Magistri, nec Patres Prouinciæ, iuxta priuilegium huic nostræ Prouinciæ concessum declarantes, non esse electionem canonicam, sed institutionem Vicariorum simplicem,

ad quam exigitur concilium sex Patrum, vt declaratum est.

¶ Declaramus distributionem graduum Magisterij, & Præsentaturæ, & quorumlibet titulorũ perpetuorum, & dignitatum, cum omnida æqualitate, & æquitate distribuendam esse inter natos in Hispania, & natos in Indijs, filiosque Conuentuũ Mexicani, & Angelopolitani, iuxta pluries ordinatum, & confirmatum in nostris Capitulis Prouincialibus, & denuo a nostro Reuerendissimo Magistro Generali approbatum & confirmatum.

¶ Declaramus Conuentũ nostrũ S. Hyacinthi de Atrizco, confirmatum esse a nostro Reuerendissimo Magistro Generali, & Prædicaturam generalem R.P Fratris Didaci de Mora, prout in litteris patentibus nostro Diffinitorio exhibitis, constitit declarantes Prioratum esse vacantem, & committimus R. adm. P. nostro Prouinciali, vt dispositione Conuentus inspecta prouideat decennario numero Religiosorum, ad quos pertinebit electio instituimusque in Vicarium in capite R.P. Fratrẽ Didacum de Mora.

¶ Declaramus prædicaturam Generalem Conuentus S. Mariæ de pietate, non esse uacantem, eo quod institutus fuit, R. P. Frater Ioseph de Quintanadueñas, propter innumerabiles labores, perpessos in defensionem nostræ immunitatis in hac Vr

be

be Mexicana, ſubtractuſque fuerit a ſuis ſtudijs, propter obedientiam in ordine ad bonum commune Prouinciæ in hac Curia per plures annos, & in Senatu Indiarum Hiſpaniæ coram Maieſtate Regia, & coram noſtro Reuerendiſsimo Generali Fratre Seraphino Sicco de Pabia piæ recordationis. & Capitulo Generali Mediolanenſi, & coram Sanctiſsimo Domino noſtro Papa, rogamuſq; noſtrum Reuerendiſsimum vt confirmet iſtam gratiã qua habita ex nunc pro tunc acceptamus.

¶ Declaramus Priores huius noſtræ Prouinciæ eſſe biennales iuxta decretum ſanctiſsimi Domini noſtri Clementis VII. fælicis recordationis, & in electione debere ſeruari id quod continetur in noſtris conſtitutionibus.

¶ Declaramus á filiatum eſſe in hac noſtra Prouincia, R.P.F. Hyeronimum Guerra.

ISTAE SVNT ASSIGNATIONES.

ASſignamus in noſtro Conuentu Mexicano R.P. Fratrem Didacum Barriga Prædicatoré Generalem, & Suppriorem eiuſdem Conuentus.

¶ Item aſsignamus R. P. Fratrem Franciſcum

de Bonilla Præſentatum, & Regentem ſtudij.

¶ Item aſsignamus R.P. Fratrem Bartholomeũ Sanchez Prædicatorem Generalem.

¶ Item aſsignamus R.P. Fratrem Lucam Zapata Procuratorem Generalem Prouinciæ. Et omnes alios qui antea in eodem Conuentu erant aſsignati.

¶ In Conuentu Angelopolitano, aſsignamus P.Fr. Chriſtophorum Rodriguez.

¶ Item aſsignamus in eodem Conuentu P. Fratrem Petrum de Burgos Vicarium & Magiſtrum Nouitiorum, & omnes alios qui antea aſsignati erant.

¶ Declarantes omnes aſsignatos in iſta Prouincia manere, in Conuentibus, & Vicariatibus, ſicut antea præter ſupra notatos, & poſsitos

ISTAE SVNT ORDINATIONES.

ORdinamus omnibus Prioribus, & Vicarijs huius noſtræ Prouinciæ, vt Acta Capituli Generalis, & huius noſtri Prouincialis legi faciant, coram communitate adminus ſemel in menſe, vt Religioſi memores ſint, eorumque pro ſalute ſua, iuſte diſpoſita ſunt, & ordinata, & obſeruent, & quos inue-

inuenerint negligentes pænas constitutas in nostris constitutionibus subire faciant.

¶ Ordenamos y mandamos, que no puedan los RR. Padres Priores de nuestros Conuentos de Mexico y la Puebla, recibir al habito del Coro à ninguna persona de qualquier condicion y calidad que sea, por authoridad propia, sin auisar primero a nuestro muy Reuerendo Padre Prouincial las calidades y partes que tiene, y de que nacion es, para que como persona que tiene noticia cierta de los Religiosos dela Prouincia, disponga esto desuerte que se empareje el numero de los criollos, y nacidos en España, y vista su licécia in scriptis, lo puedan recibir, y no de otra manera.

Ordinamus, vt Priores, & Vicarij Religioso cultu Christiana curiositate ornent Sachristias, prouideátq; de indumētis necessarijs, maximè amictis, & albis, & quod in lampade, quæ lucet corā sacratissimo Sacramento, consumetur Oleū purum. Rogamusque R. admodum P. nostrum Prouincialem vt in visitatione Prouinciæ primum ingrediatur Sachristiam, & visitet indumenta, & alia quæ necesaria sunt cultui diuino; & Priores, & Vicarios negligentes, & transgressores huius ordinationis, indilate a suis officijs, absoluat.

¶ Ordinamus, & ordinando præcipimus, omnibus Prioribus, & Vicarijs huius nostræ Prouinciæ

vt

vt suis eleemosynis prouideant infirmarijs nostro rum Conuentuum S. Dominici de Mexico, & S. Dominici de la Puebla, mitantque aues, & fructus quos temperamentum terræ tulerit pro iubamine infirmorum, & solatio ipsorum, & cibis Religiosorum Patrum, & Fratrum, qui asiduè indefessoq; labore Communitatem, Sequelam, Chori & Refectorij sequntur. Rogamusque R.P. nostrum Prouincialem, vt inspiciat in visitatione litteras respõsiuas RR. Patrum Priorem, in quibus testentur acceepisse hæc parua iubamina, & quos inuenerit diligentes, celosos Communitatis, dignitatibus ornet iuxta exigentiam meritorum.

¶ Ordinamus, vnum Lectorem Theologiæ huius Conuentus Mexicani, & Conuentus Angelopolitani tenere, legere in voce textum integrum S. Thomæ Aquinatis Doctoris Angelici.

¶ Ordinamus, quod Lectores non prætermittant lectiones, conferentias, & ordinarias disputationes, quæ conferuntur communiter post prandium, seuerèque corrigat R.P. Prior, quos prætermittentes agnouerit.

¶ Ordinamus, quod omnes Fratres nostræ curæ subiectis, siue sint hospites, siue asignati, vel quocumque titulo Prouinciæ existant, vt cum ingrediantur ciuitatem Mexianam, seu Angelopolitanam, directé, & recto tramite ingrediantur Con

uen-

uentuum, & se præsentet RR. Patribus Prioribus, & nullomodo prius intrent domus aliquam siue monasterium, siue domum clerici, siue sæcularis, & si transgressor fuerit Vicarius, aut Prior in pænā, a suis officijs absoluantur, si subditus autem, recludat eum R. P. Prior in domum nouitiorum per vnum mensem integrum, in quo ieiunet vis in septimana sub pane & aqua.

¶ Ordinamus, quod Vicarij expleto quadriennio nō possint immediate eligi in Priores, nec Priores expleto Prioratu ad Vicariatū assumi possint, nec ordinationes circa tempus durationis huiusmodi officiorum fraude vitientur, nisi aliás notorié constet precisum' necessarium esse ad bonum commune Prouinciæ, quod alio modo expedire non posset, declarantes tempus Vicariatus quadriennium, intelligi debere etiam tempus præsidentiæ.

¶ Ordinamus propter maxima inconuenientia quæ exoriuntur per vagos discursus Iubenum, vt RR. Patres Priores conuentuales, Fratres Iubenes non extrahant a domo nouitiorum vsque ad Sacerdotium, quauis de causa, nec ipsos permitāt ingredi cellas Conuentuales, nec ordinandi super insterstitia, & tempus requisitum dispēsentur (iuxta aliàs in pluribus Capitulis Generalibus ordina

tum, nec aliquis ad Sacerdotium promoueatur ante quinque annos a professione, ſuper quo enim vẽ ſupplicamus R. ad m. P. N. Prouincialem, vt hoc inuiolabiliter faciat obſeruari, & obſeruet.

¶ Item ordenamos, y ordenando mandamos in virtute Spiritus ſancti, & ſanctæ obedientiæ, ſub præcepto formali, necnon ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda, que no jueguen a los naypes en manera alguna, dinero, ni ſu valor, con Religioſos, ni con ſeculares hõbres, ni mugeres, ni con perſonajes de qualquier dignidad, eſtado, o condicion que ſean: que eſtos tales ſe edificaran oyendo dezir que no pueden jugar, y que ay prohibicion de la Orden, pues de lo contrario es cierto ſe eſcandalizan, y pierden la aficion y amor al habito, y pierdẽ de ſu credito los virtuoſos y recogidos, por el mal exemplo de los que ſin mirar las obligaciones que tienen, ſe exponen a perder el credito, ſin otras deſuenturas que el juego trae conſigo. Y ſi en algun Conuento, o Caſa de Religioſos ſe jugare, que el Prior, o Vicario que lo ſupiere, o entendiere, y permitiere, ex nunc pro tunc, lo declaramos por incurſo en eſte nueſtro precepto y cenſura; y a qualquiera de los compañeros que lo ſupieren, luego que auiſare a nueſtro Padre Prouicial, ex nunc pro tunc, le haze

mos

mos Præsidente de la dicha Casa, o Conuento, hasta que se prouea del remedio necessario.

¶ Iten ordenamos, que todos los Padres Priores y Vicarios, quando dieren el vestuario, el qual sea in specie, y no en dineros a los Religiosos cōpañeros, reciba los habitos viejos que le dieren, y los remita al Padre Procurador del Conuento, el qual guardarà las memorias delos habitos que há embiado, assi al Conuento de Mexico, como al de la Puebla, y los entregarà todos a nuestro muy R. P. Prouincial, declarando no poder los Padres Priores de Mexico y la Puebla dispensar con algũ Religioso. Y encargamos a nuestro muy R. P. Prouincial, castigue grauissimamente al que tal dispẽsacion pidiere, y aplique vno de los mejores habitos que tuuiere para las casas de nouicios.

¶ Iten ordenamos, que en las cartas que se escriuieren a nuestro P. Prouincial, no se pōga, muy Reuerendo, ni se escriua con hijuela, o sobrecarta. Y pues a nuestra cabeça se le ha de escriuir con esta llaneza, y estilo religioso, lo mismo guardarán en las cartas que se escriuieren a los demas inferiores.

¶ Ordenamos, que los RR. Padres Priores de nuestros Conuentos de Mexico y la Puebla, acudán benigna y caritatiuamente a las necessidades

que padecen los Hermanos legos, principalmente de ropa interior.

¶ Ordenamos y mandamos, que los vestidos interiores sean conforme al estado de nuestra pobreza. vsandolos de materias comunes. Y rogamos a nuestro muy Reuerendo Padre Prouicial, q̃ en conformidad de lo ordenado en muchas actas de Ca itulos Generales, visite los vestidos interiores, y en ninguna manera excedan desta ordenacion.

¶ Ordenamos y mandamos, atento a que los Procuradores de nuestros Conuentos de Mexico, y la Puebla tienen el gasto de los bienes temporales de los dichos Conuentos, para cuya execucion y exercicio es necessaria la puntualidad de los hermanos legos sus ministros, que tengan muy gran cuydado de auisar a los Reuerendos Padres Priores del modo que tienen de proceder en esto; y no siendo tales, al punto pongan otros, sobre lo qual agrauamos las conciencias de los dichos Padres Procuradores.

¶ Ordenamos, que atento que nuestro Colle. de Portaceli, se labró y edificô a expẽsas de la Prouincia, para cuyo effecto contribuyeron todos los Padres antiguos, con que ha llegado al lustre que oy tiene, y para que en lo de adelante pueda como

da

da y congruamente sustentar religiosamente numero de Religiosos graues que alli descansen de sus trabajos, acudan los Padres Priores y Vicarios con las contribuciones siguientes. Con atencion y declaracion, que pagados cinco mil pesos que montan, no se les echarà contribucion alguna, y cessarà la presente. Y rogamos a nuestro muy Reuerendo Padre Prouincial, cobre quando va a visitar ante todas cosas la dicha contribucion.

Escapuçalco	50.ps.	Amilpas	50.ps.
Atlacubaya	30.ps.	Cuyoacan	50.ps.
S. Iacinto	20.ps.	Mecamecam	50.ps.
Mixcoac	20.ps.	Tepetlaostoc	30.ps.
S. Agustin	20.ps.	Guastepec	30.ps.
Cuitlahuac	30.ps.	Gueguetlam	30.ps.
Istapalucam	20.ps.	Cuetlahuac	50.ps.
Suchitepec	30.ps.	Tonala	50.ps.
Tenango	30.ps.	Texupa	40.ps.
Attengo	20.ps.	Chila	40.ps.
Chimalhuacanchalco	50.ps.	Ygualtepec	20.ps.
		Zacatecas	50.ps.
Tlaltizapam	40.ps.	Coatepec	20.ps.
Tlaqultenango	50.ps.	Yzucar	50.ps.
Tepustlam	40.ps.	Tepapayeca	40.ps.
Yautepeque	50.ps.	Titlapan	30.ps.

Tetela	20.ps.	Teposcolula	50.ps.
Ecazingo	20.ps.	Tamaculapa	50.ps.
Guayapan	20.ps.	Tequisistepec	40.ps.
Aguatelco	20.ps.	Guaxuapa	30.ps.
Tepexic	50.ps.	Veracruz	50.ps.

{ 1U480.pesos }

ISTAE SVNT

EXPOSITIONES.

SVpplicamus nostrum Reuerendissimum P. M. Generalem totius Ordinis, vt extendere dignetur numerum Magistrorum præscriptum huic nostræ Prouinciæ, vsq; ad nouenum, eo quod maxime seruatur sub isto numero distributio inter filios Conuentus S. Dominici de Mexico, & Conuentus S. Dominici Angelopolitani, sub hac lege, & conditione, quod si contingat duos Magistros esse ex natis in Hispania, & vnum ex natis in Indijs, quando vaccauerit aliquod Magisterium, tunc debeatur vni fratri filio Conuentus Angelopolitani ex natis in Indijs, & ita alternatim erũt ex natis in Indijs duo Magistri, & postea successiue ex natis in Hispania, & cum placuerit Reueren

dis.

diss. hanc concedere gratiam huic Prouinciæ exponimus ad dictum Magisterium nominatum in nostro memoriali.

¶ Exponimus ad gradum Præsentaturæ pro locis vaccantibus RR. Patres Fratrem Franciscũ de Gratia Rectorem nostri Collegij S. Ludouici, & P. Fratrum Hyacinthum de la Caxica Priorem Conuentus nostri de Yzucar, quos ex nunc pro tunc acceptamus, & acceptatos esse declaramus.

¶ Et quoniam ex præcepto Reuerendissimi, & ordinationibus Capitulorum Generalium interdictum est Prouinciæ, exponere ad gradum Magisterij, seu Præsentaturæ, ideo non exponimus in his actis alium, sed supplicationem facimus a nostro Reuerendissimo, vt concedere dignetur gratiam religiosis nominatis in nostro memoriali, tã pro Magisterijs, quam pro Præsentaturis, siquidẽ a tota Prouincia, vna cum Patribus Diffinitoribus Prouinciæ, & Magistris postulasti sunt.

¶ Exponimus ad confessiones audiendas in populis Indorum, iuxta priuilegium huic nostræ Prouinciæ a sanctissimo Domino nostro Pio V. concessum, omnes Fratres assignatos in populis Indorum, & in posterum assignandos, & in ministros Sacramentorum Ecclesiæ habita prius copia approbationis Examinatorum.

ISTAE SVNT
ADMONITIONES.

ADmonemus omnes nostræ Prouintiæ Prælatos, vt meminerint obseruari faciant, id quod traditur in nostris constitutionibus cap. 1. de officio Ecclesiæ, vbi iniungitur Prælatis sub pæna absolutionis & priuationis vocis actiuæ & passiuæ, ne permitant Fratres dispensatos esse a sequela chori, & ab hebdomadaria, ab alijsque grauaminibus quod quidem inuiolabiliter obseruari volumus.

¶ Ittem RR. Patres Priores pro tempore ne obliuioni tradant, quæ in nostris Constitutionibus stricte ordinantur super visitatione, & diligenti curatione infirmorum, & ipsis Constitutionibus inhærentes, ne super prædictis aliquid negligatur, vel omittatur necessarij pænam absolutionis ab officio tenore præsentium iniungimus. Cum iam experientia oculari videamus quanta mirabilia operatus sit Deus in hoc nostro Conuentu Mexicano, propter indefesam, curam & asiduam vigilantiam R. A. P. nostri Prouincialis, quondam Prioris super infirmarios & infirmos.

ISTAE SVNT COMMISSIONES.

COmmittimus R. adm. P. nostro Prouinciali, vt in defesso labore procuret reformationem huius nostræ Prouinciæ, & si quos inuenirit abussos introductos ob labentia tempora, fragilitatemque humanæ conditionis radicitus extirpet, reducatque Prouinciam ad primum illum statum florentissimum in quo semper extitit hæc nostra Prouincia.

¶ Quoniam teste experientia sit pene impossibilia huic nostræ Prouinciæ prouidere studijs scholaribus sufficientibus, ad tot studia, insurguntque inepti Lectores cum detrimento Religionis, & finis eius, in eo committimus ipsimet R. adm. P. N. Prouinciali vt in visitationo Prouinciæ remoueat studia a nostris Collegijs S. Dominici de Portaceli Mexicani, & S. Ludouici Angelopolitani, prout iam decretum est in nostro Diffinitorio, & reformet studia conuentuum S. P. N. Dominici de Mexico, & S. Dominici de la Puebla. Committimusque R. adm. P. N. Prouinciali, vt examine agnoscat sufficientiam ministrorum, qui apud Indos existunt, prout ei commodius vissum fuerit.

¶ Committimus R. adm. P. N. Priori Prouincia-

li, vt petat a Reuerendissimo P.N. Magistro Generali, & a suo Capitulo ea, quæ pro fælici statu Prouinciæ, pacis, & tranquilitatis, & pro honore, & premio laborum aliquorum religiosorum ei visita fuerint: & si forte sint aliqua petenda a sanctissimo D. N Papa, supra confirmationem, & extensionem nostrorum priuilegiorum, & confirmationem pacis supra hoc totum committimus omnem nostram authoritatem Rogamusque ipsum R. adm. P. nostrum Prouincialẽ, ne permittat introductores, & destructores pacis super alternatiuam, in honoribus, & dignitatibus distribuendis inter natos in Hispania, & natos in Indijs, & inter filios Conuentuum nostrorum S. Dominici de Mexico & S. Dominici de la Puebla sed corroboret, & confirmet ea, quæ iuste, & sancte sancita sunt, ad vtilitatem & tranquilitatem pacis seruandam.

¶ Commitimus R. adm. P. N. Prouinciali, attento fine laudabile & glorioso, ad quem intendentes proceres sanctissimi qui nos præcesserunt in dilatatione fidei sanguinem suum fuderunt in hoc occiduo orbe, & cum in Mexico noua, messis quidem satis sit abundans, operarij autem pauci, & cum iam maiestas Catholici Regis Hispaniarum copiam fecerit, vt fratres huius Prouinciæ possint ire ad prædicandum Euangelium possit petere facultatem ab Excel

len-

lentißimo Prorege huius cibis, vt opere compleatur.

ISTAE SVNT ACCEPTATIONES AD BENEFICIA ET SVFFRAgia nostræ Prouinciæ.

OB singularem erga nostrum ordinem affectũ, & beneuolentiam, Illustres heroes Dominũ Tristanum de Arellano y Luna; Dominum Philippum de Samano, Dominum Ioannem de Valdiuiesso Turcios, Dominum Ioannem de Aguero, Dominum Sancti Federique, Dominum Ioannem de Naruaez, Dominum Ioannem de Montemayor, Dominum Ferdinandum de Aranda, & Didaco de Godoy, ad suffragia, & beneficia totius Prouinciæ admittimus omnes: sub hac lege & conditione, quod quando migrauerit aliquis religiosus huius nostræ Prouinciæ, teneantur, facere celebrare tres Missas pro illo, similiter quando aliquis eorum obierit, omnes Sacerdotes teneantur pro illo celebrare tres Missas, sicut fieri solet pro vno Religioso, & Fratres qui non sunt Sacerdotes, integrum Psalterium Dauidis.

¶ Denuntiamus Illustrem hæroem D. D. Ferdinandum de Figueroa & Cordoua, ad impleuisse omnes conditiones, & grauamina, quæ illi imposita

 fue-

fuerunt suisque expensis magnifice illustrasse nostrum Capitulum, & per suas litteras testimoniales constat, quod celebrare fecit, & facit pro omnibus Religiosis obeuntibus tres Missas, & ideo denuo illi cócedimus locum sepulturæ in nostro Capitulo, admitimusque eum ad confraternitatem nostram.

¶ Item acceptamus ad beneficia & suffragia huius nostræ Prouinciæ ob singularem eius affectum & amorem sapientissimum Doctorem Franciscum Lopez de Solis Iuris ciuilis in hac Regali Academia moderatorem primum, cum in nostris causis, & in defensionem nostrorum priuilegiorum exemptionis & immunitatis, se validissimum aduocatum præbuit (omni postposito stipendio & prætio) concedimusque ei locum sepulturæ in nostro Capitulo post eius obitum, cum obligatione & grauaminibus supra positis.

¶ Concedimus Fratri Hypolito de san Pedro, eo quod per decem & octo annos, fideliter inseruierit Conuentui Mexicano post eius obitum, quod teneantur religiosi dicere suffragium pro illo, sicut fit pro alio quocumque religioso, ipse autem teneatur ad suffragium recitandum Laycorum.

SVFFRAGIA PRO VIVIS.

PRO Sanctissimo Domino nostro Vrbano VIII. Pontifice maximo, & pro fælici statu S. Romanæ Ecclesiæ, quilibet Conuentus & domus vnam Missam.

¶ Pro Catholico Rege nostro Philippo Quarto & filijs eiusdem, quilibet Sacerdos & domus vnam Missam,

¶ Pro Excellentissimo huius Nouæ Hispaniæ Prorege Marchione de Cerraluo, ob singularē eius afectum, ergà Ordinem nostrum, & Prouinciam, & pro prole sua, quilibet Conuentus, & Domus vnam Missam.

¶ Pro Illustrissimo, ac Reuerendissimo Archiepiscopo Mexicano, quilibet Conuentus & Domus vnam Missam.

¶ Pro Illustrissimo, ac Reuerendissimo D. D. Gutierre Bernardo de Quiros Episcopo Tlaxcallensi, quilibet Conuentus & Domus vnam Missam.

¶ Pro Reuerendissimo Patre nostro Magistro Generali totius Ordinis, & socijs eius, quilibet Conuentus, & Domus vnam Missam.

SVFFRAGIA
PRO DEFFVNCTIS.

PRO omnibus Parentibus,& Monialibus a præcedenti Capitulo, vſque ad præſentem electionem in hac noſtra Prouincia deffunctis, quilibet Cōuentus & Domus vnam Miſſam.

¶ Vbi imponimus Conuentui & Domui vnam Miſſam, recitabunt Clerici Fratres ſeptem Pſalmos Penitentiales, Laici vero integrum B.M. Pſalterium.

¶ Imponimus autem omnibus, & ſingulis Fratribus in Prioratibus, & Vicariatibus apud Indos exiſtentibus, in virtute Spiritus ſancti & ſanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali, quod vnuſquiſque dicat octo Miſſas pro debitis ſoluendis Conuentus noſtri Angelopolitani, & Collegij noſtri S. Dominici de Portaceli, & Conuentus noſtri S. Hyacinthi de Atrizco.

¶ Declaramus futuram Congregationem RR. Patrum Magiſtrorum, & Prouincialium prædeceſſorum celebrandam eſſe in Conuentu noſtro Angelopolitano anno futuro 1634. quando placuerit R. adm. P. N. Prouinciali.

¶ Committimus omnibus Fratribus & Sororibus, poſſe eligere confeſſores, qui eos, & eas abſoluant ab omnibus commiſsis peccatis, & reſeruatis vſque ad præſens Capitulum.

Com

¶ Commitimus totam nostram authoritatem R.adm.P.N.Priori Prouinciali,nostram autem du rare volumus,vsque ad feriam secundam inclusiue. Datis,& actis in nostro Diffinitorio,die 20. mensis Maij,anno Domini 1632.

Frater Ioannes de Cordoua Prior Prouincialis

Fr.Franciscus de Villanueua Magister,& Diffinitor.

Fr.Hieronymus Rubion Magister,& Diffinitor.

Fr.Lazarus de Prado Magister Rect.de Portacceli,& Diffinit.

Fr.Lucas Martinez Prædicator Generalis Prior de Teposcolula,& Diffinitor,

De mandato Capituli.

Frater Didacus de los Cobos Magister,& Secretarius,

...den con su original

...

monte...

Fr Martin Calvo *vndezima*

IN NOMINE

sionis officij, quondam Prouincialem Prouinciæ S. Hyppoliti, ...

& actu

